

retur, sed verum opprobrium hominum, & abiectio plebis, voluit Pater eum officio iudicis honorare, ut videret homines in quem transfixerunt, & quem patientem cōtemplebant, iudicantem honoraret, atque timerent. Hoc est, quod ait D. Paulus, Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genua flectatur caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Certum hoc loco aduersus Arianos argumentum est. Nec enim idem Filio, ac Patri honores esset deferendus, si filius Deus non esset aequalis Patri, ut Chrysostomus, Augustinus, Cyrillus, Beda, Theophylactus, & Euthymus hoc loco disputant. Hanc sententiam sequentia verba confirmant.

Qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum. Attentum hic & cautum lectori esse conuenit, ne existimet ideo, qui honorat Filium, & Patrem honorat, quia Filius a Patre missus est, nec vlla alia de causa. Hæc enim ratio sola videtur reddi, cum dicitur, non honorificat Patrem, qui misit illum; quasi non alio nomine honorandus sit, quam quia legatus Patris est. Ista enim interpretatio etiam aliorum etiam Catholicorum est, in Arianorum & totæ inclinat. Itaque suspectum mihi est, quod ex didymo in Græcorum Catena citatum inuenio; quemadmodum qui non honorat legem, Deum, qui eam dedit, non honorat; ita qui filium non honorat, Deum, qui eum misit, non honorat; similem enim in modum Arianos interpretari solitos, haud obscure hoc loco Cyrillus, & Theophylactus indicant. Rectissime omnium Euthymus præcedentem æqualitatis particulam sicut ante præteritellendam esse putat; qui non honorificat Filium, sicut Patrem, non honorificat Patrem; id est, eo ipso iniuriam Patri facit, quod Filium minus, quam Patrem honorificat. Quod quidem verum est, sed ratio quæ dedit. Vereor, ne nimis subtile sit, quod grauius auctor scribit Augustinus, propterea qui Filium non honorat, nec Patrem honorat, quia Pater & Filius relata sanctæque qui Filio, ut Filius Dei non honorat, potest quidem Patrem ut Deum, ut bonum, ut creatorem honorare, ut Patrem non potest. Alio enim sensu Christus hoc videtur dicere, ideo qui non honorat Filium, nec Patrem honorat, quia æqualis, eademque in virosque honoris ratio est; eadem natura, eadem potentia, eadem dignitas, hoc etiam in Filio magis illustis, atque conspicua, quod Pater non indiget quæquam; sed omne iudicium dedit Filio. Quot sum ergo pertinet ratio illa, quæ reddit tacite, videtur, qui misit illum? Loquitur, ut supra diximus, Christus de se ipso tanquam de homine homo autem ille propterea æquali honore, ac Pater afficiendus est, quia a Patre missus est. Non quod solius legati honorem meretur; sed quod nihil aliud sit mitti, quam Deum hominem fieri. Nec enim alia ratione missus est, quia Filius decreto Patris homo factus est; unde factum ut homo ille, qui idem Deus æqualis Patri erat, parem honorem Patri mereretur. Quem qui illi detrahit, Patri detrahit, tum quia etiam inter homines honor Filij censetur Patris; tum etiam, ut ego interpretor, quia qui hominem illum Christum tanquam verum Dei filium non honorat, hanc Patri faciunt iniuriam, quod ipsi dicenti, atque clara voce testanti: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit, ipsum audite, non credat. Hoc ipsum sequenti versu declarat.

12. Amen, amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transiit a morte ad vitam. Ratio his verbis redditur, ut paulo ante dicebamus, cur qui non honori-

ficat Filium, non honorificat Patrem, quia nimirum qui non honorificat Filium, Patri non credit, testanti eum filium suum esse, & a se missum; aut, ut Cyrillus videtur interpretari, cum prius dixisset, qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, id est, quid mali sequatur eum, qui Filium non honorat, docet nunc, quid eum sequatur boni, qui illum honorat, id est, in illum credit; nempe eum etiam Patri credere, unde id consequatur, ut vitam habeat æternam. Consequentia verborum postulat videbatur, ut diceret, qui audit verbum meum, & credit mihi, aut credit in me, sicut alibi locis dicit, cap. 1. 12. & 3. 16. 18. 36. At non dicit; Et credit mihi, sed credit ei, qui misit me. Rationem eius rei hanc Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymus, esse putant, quod voluerit auogantiam deuitare. Sed potius credo concisè locutum esse eam, quæ facile intelligi poterat, reseruantem. Quasi diceret, qui verbum meum audit, id est, qui credit mihi, (hoc enim est verbum eius audire) credit etiam ei, qui misit me, quia ille testatur est me a se missum esse; qui autem credit ei, qui me misit, habet vitam æternam. At cur hoc ipsum dixit, cum satis dictum esset, qui audit verbum meum, habet vitam æternam? In promptu ratio, ægabat cum Iudæis, qui Patrem agnoscebant, Filium ignorabant, ideo Patri tribuit, ut quisquis in eum credit, habeat vitam æternam, cum soleat vbiq; aliis id sibi tubere. Et ex auctoritate Patris suam ipsam auctoritatem probat, peninde enim esse in se credere, atque in Patrem. Quomodo intelligendum qui in Christum, aut in Patrem credit, habere vitam æternam capite 3. 16. disputauimus. Habere autem dicitur, non habiturus vitam æternam, quia etiam dum re ipsa habet, habere ipsa ad illam, pignusque quoddam illius, ut capite 1. 12. & capite 3. 16. exposuimus. Quod sequitur, in iudicium non venit, non significat non esse iudicandum omnem nos manifestari oportet ante tribunal Christi, sed condemnandum non esse.

Iudicium enim pro condemnatione ponitur, ut cap. 3. 17. 18. & sepe alias. Quod autem addit, sed transiit a morte ad vitam, Hebraice repetitio est: idem enim est transiit, id est, translatum esse de morte ad vitam, ut idem Ioannes loquitur epistolæ 1. cap. 3. 14. & in iudicium non venit. Sæpe alibi monuimus Hebræorum idioma esse, ut quæ per negationem dixerunt, per affirmationem repetant, & e contrario: vide quæ diximus cap. 1. 3.

13. Amen, amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est. Græcè ἡ ὥρα, venit, præsentis temporis; id est, ventura est, ut Matt. 24. 11. aut venit, id est, aduentat, appropinquat, ut cap. 4. 25. Videndum, quomodo hæc super personibus adhaerescant. Ammonius, Augustinus, & Beda, non de morte corporis, sed animi hæc intelligentes facile cum præcedentibus copulant, quia enim dixerat eos, qui verbum suum audierint, habere vitam æternam, transireque de morte ad vitam, id ipsum nunc calius verbis dicere. Cyrillus vero, Theophylactus, & Leontius, quod ante dixerat, id modo pollicite re ipsa ostensurum esse, multis enim fuscitatum mortuos, unde intelligant, qui mortuos suscitare potuit, eam vitam æternam dare posse. Et vero pulchra videtur analogia inter mortuos corpore, & animo esse. Sicut qui corpore mortui sunt, audientes Christi vocem, ianuam de morte corporis ad vitam, quia animo mortui sunt, dum audiunt, ut paulo supra dixit, eius verbum a morte sempiterna, ad vitam æternam reuocantur. Sed ut illic docuimus, cum dixit versu vigesimo primo: Sicut Pater suscitauit mortuos, & viuificauit, sic & filius, quos vult, viuificat, ad vitam resurrectionem, supremamque iudicium allude-

alludebat. Itaque hoc loco confirmat, atque explicat, quod illic dixerat, venit tempus, cum id expectantia probatur sit, futurum ut mortui vocem Filij hominis audiant, & uiuant. Quærent multi quomodo intelligendum, quod dicitur: Nunc est. Ammonius, Augustinus, & Beda, qui de sola hoc spirituali resurrectione, id est, de iustificatione interpretantur, facile questionem expediunt, horam iam tum venisse, quia iam tum Christus homines incipiebat iustificare, Alij eodem moti verbo non ad generalem illam, sed ad particularem eorum, quos Christus, dum in hac vita esset, suscitauit, resurrectionem referunt, ut Cyrillus, Leontius, Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymus, suscitasse enim paulo post Lazarum, & filium Archisynagoga, & filium viduæ. At multis adductorationibus, ut credam de vltima potissimum, & generali resurrectione loqui. Primum quod ver. 21. quærit, ut diximus, locus hic confirmat, eo spectauit. Deinde, quod ver. 28. 29. haud dubiè de generali loquatur resurrectione: Nolite mirari hoc, quia omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filij Dei, & procedent, qui bona fecerunt, in resurrectionem vite, qui vero mala egerunt, in resurrectionem iudicii. Loquitur autem de eadem re continuata sententia. Nam quod Chrysostomus, Leontius, & Theophylactus dicunt ad particularia ad generalem transeunt resurrectionem, & ex hac illam approbare, alquanto mihi videtur durius. Quo ergo modo dicit, & nunc est, cum nondum generis resurrexerint tempus aduenit? Quæro vicissim ego, quomodo Ioannes 1. epistolæ cap. 2. 18. dixerit, suo tempore nouissimum horam fuisse, manifestum enim est eodem modo esse, & quod hic Christus, & quod illic Ioannes dicit intelligendum. Nouissimum horam vocat, vel quia, ut Petrus ait: Vnus dies apud Dominum, sicut mille anni, & mille anni sicut dies unus; vel quod magis credo, vocat nouissimum tempus, statum vltimū, post quem in hac vita ante finem mundi alius expectandus non sit. Potum in statu illo simplicissimo legis naturalis homines fuerunt. Deinde in statu veteris legis Christum venturum expectantes. Venit Christus, post quem nihil expectandum est aliud, nisi iudicium. Hoc ergo est illic: Nouissima hora est. Hoc est hic, Venit hora, & nunc est. Horam enim Hebræorum idiomate, tempus appellari, quomuis loqui sit, modo opportunum, & Græci vocant, nescio an quicquam ignoret.

Hora apud Hebræos quoduis tempus oportet nunc.

Quando mortui audient vocem Filij Dei. Mortui omnes, qui in sepulchris erant, ut ver. 28. explicatur, & paulo ante probauimus. Vocat se Filium Dei potius, quam Filium hominis, quamuis se alibi frequentius Filium hominis appellare soleat, quia hoc loco id agebat, ut se Filium Dei approbare. Hæc enim thesis erat v. 17. proposita, quæ omnem istam disputationem excitauerat. Vocem Filij Dei vocat, aut quia ipse per se mortuos ad iudicium vocaturus est, aut quia per archangelum, & tubam, ut ait D. Paulus 1. ad Thimotheum 4. 16. & Matt. 24. 30. & 24. 31.

Et qui audierint, uiuent. Qui superiora non de vera, sed de spirituali resurrectione intelligunt, facile hoc interpretantur, non omnes mortuos victuros esse, sed eos tantum, qui Christi vocem audierint, id est, qui in eum crediderint, quia illi soli a peccatis liberabuntur; sed iam probauimus de vera resurrectione agi. Alij hanc probant non agi de generali resurrectione, quia signum datur non omnes resurrexuros, & id a nobis supra refutatum est, & ex hoc ipso loco, quo illi probant, refutari potest. Etenim fingamus de priuata tantum eorum resurrectione agi, quos Christus in hac vita suscitauit; quomodo interpretabuntur, non omnes suscitatos esse, sed eos tantum, qui Chri-

sti vocem audierint? an vocatur aliquos mortuos, qui non audierint? aut suscitatur aliquos, quos suscitatur non potuerit? Minime verò dicant; sed dicuntur non omnes audisse, quia non omnes vocauit. At id ipsum quam durum est? Quid ei ergo? Noli opinor, quæ ex ciperet, cum paulo post dicat audituros esse omnes; sed i voluit vim, efficaciamque vocis suæ declarare, fore, ut quicumque eam audierint, obediant, & ex imo puluere suscitatus præsto sit adiudici.

26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio habere vitam in semetipso. Duabus in rebus huius loci sententia versatur, quid sit vitam habere in semetipso, & quomodo id ipsum Filio Pater dederit. Videtur enim ista pugnare, vitam habere in semetipso, & ab alio acceptam habere. Quidam hoc philosophice videntur interpretari, quasi idem sit vitam habere in semetipso, & per se metipsum, hoc est non acceptam ab alio, sicut Sol lumen, ignis calorem per se dicitur habere, non quod Filius a Patre vitam non acceperit, sed quod ita acceperit, ut per se habeat, non mutuo, & quasi ad tempus datam, sed naturalem, & sempiternam. In quem sensum multis locis D. Augustinus exponit libro contra sermonem Arian. cap. 17. lib. 13. de Trinit. cap. 26. & tractat in Ioan. 19. & Ambrosio libro 4. de fide cap. 5. & lib. 3. cap. 2. & Idacius libro 3. contra Vanimadum, Beda, & Elias Cretensis in commentariis in orat. 5. de Theologia Gregorij Nazianz. Fateor tamen me intelligere non posse, quod modo non repugnet vitam a Patre habere, & per se, id est, non ab alio acceptam habere. Præterquam quod credendum non est, Filium vitam acceptam non habere. Quænam essentiam a Patre acceptam habet, quid ab eo acceptum non habet? Est hoc quidem sensu dici potest vitam per se habere, quamuis a Patre acceptam habeat, quia non participat, sicut creatura, quæ viuere dicuntur, sed totam, eandemque Patris vitam habet, ut videntur Ambrosio, & Idacius exponere. Sed Christus hoc loco non dicit, sicut Pater habet vitam per se metipsum, ita dedit & Filio vitam habere per se metipsum; sed in semetipso, quod quis aliud esse non videt? Euthymius mihi videtur rem attigisse. Vitam, inquit, habet in semetipso, id est, ad modum fontis scaturire facit vitam. Loquitur igitur de filio, quatenus homo est, ut Cyrillus ait, cui dicit de glorie Patrem, ut vitam in semet habere, id est, ut quemadmodum Pater omnis vitæ fons, & cui vult, eam dat, cui vult, colligit Filius omnis in se vitæ fontem continere, & eam cui vult, daret, cui vult, auferret. Hanc esse sententiam, ex eo perspicuum est, quod nihil aliud voluerit his verbis Christus probare, quam quod ante dixerat versu 21. Sicut Pater suscitauit mortuos, & viuificat, sic & Filius quos vult, viuificat. Hoc eodem modo intelligendum esse diximus, quod est cap. 1. 4. in ipso vita erat, nisi quod illic de spirituali, hic de corporali potissimum vita sermo est. Hinc secunda intelligitur quæstio, quomodo Pater Filio dedit, ut vitam haberet in semetipso. Nam Augustinus & auctores illi omnes quos modo diximus, hunc locum de Filio, quatenus Deus est, interpretari, per æternam generationem hoc Patrem Filio dedit, dicunt. Nos cum Cyrillo hoc illi dedisse, cum fecit, ut homo ille Christus in vnâ cum Filio suo personam vniretur, cum constituit illum Regem, & redemptorem, iudicem viuorum, & mortuorum. Hoc enim illi necessarium erat tribus illi functionibus munibus, ut vitam, quibuscumque vellent, dare possent. Dedit tamen non dono, sed natura; quia ex eo ipso, quod homo ille factus est Deus, omnem, quam Deus habebat, potestatem naturaliter habuit.

Quid sit vitam habere in semetipso.

Quomodo Pater Filio dedit, ut vitam haberet.

homo homini filio præcipere solet; sed factum fuisse hominem Patre, qui genucat, volente, & simul cum illo decernente. Hac ratione etiam tanquam Deus hoc loco potest loqui; sed illud verius. Quod addit, *ip[s]a opera qua ego facio*, et si nihil aliud, quam Hebraice repetitio videri potest, tamen suam habet epistolam, non verba, non voces, non homines; sed *ip[s]a*, inquam *opera*, non quæ pro me alius; sed quæ ego ipse facio testes mihi sunt. Querunt Leontius, Chrysostomus, & Euthymius, quam ob causam non dixerit, testimonium perhibere de me, quia Deus sum, aut quia Patri sum equalis? cura id ipsum opera testarentur. Respondent questionem fuisse, cum à Patre missus esset, & ea, quæ faciebat, auctoritate Patris faceret. Ideo hoc vnum, de quo disputabatur, concludere voluit; quod si illi credidissent, facile essent & illud credituri quodam esse Patri. Quamquam, ut Cyrillus putat, hoc ipsum concludit, cum enim Deum Patrem suum vocat, satis docet se illi æqualem esse.

37. *Et qui misit me Pater, ip[s]e testimonium perhibet de me.* Chrysostomus, & Rupertus de testimonio illo Patris, quod voce de celo de lapsu exhibitum fuerat interpretantur. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, *ip[s]um audire*, Matth. 3. 17. Sed hoc non convenit iis, quæ statim sequuntur, neque vocem eius vnuquam audisse. Nam illam quidem vocem omnes, qui aderant, audierant; & paulo post docemus non posse hoc de illo intelligi testimonium. Minus etiam de voce illa Patris in transfiguratione edita, Matth. 17. 5, de qua alii hoc intelligunt. Cyrillus, Theophylactus, Beda, & Euthymius de lege, & Prophetis interpretantur, in quibus Pater loquens sepe se missum testimonio stabatur filium. Confirmat hanc explicationem quod sequitur v. 39. *Scrutimini scripturas, quia vos putatis in ip[s]is vitam æternam habere, & illa sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Probabile hoc est, sed videtur Christus opera ipsa, quæ faciebat, testimonium Patris appellare, quia auctore faciebat Patre, & quod ipse faciebat, Pater faciebat, & operibus ipsis declararet Christum filium esse suum. Hoc enim est, quod aliis locis dicit filium suum clarificare, id est, factis miraculis adeo clarum reddere, ut facile appareat filium esse Dei, capite 12. 23. 29. & 13. 31. & 17. 1. 4. 5. Quod ergo postea dicit, *Scrutimini scripturas, diuersum est testimonium.*

Neque vocem eius vnuquam audisse, neque speciem eius vidisse. Primo loco videndum, quomodo hæc tam generalis sententia intelligatur. Ac de specie quidem, & figura Dei, quam nunquam ab illis visam dicit, haud difficilis est questio. Nam et si multi vidisse dicuntur Deum, nemo tamen illam in eo veram corporis imaginem vidit, cum expertis omnino sit corporis, vt ca. 1. 18. disserimus. Non vidisse, inquit, aliquam similitudinem in die, quia locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis Deut. 4. 15. De voce dubitatur, quia sepe alibi Iudei vocem Dei dicuntur audisse Deut. 4. 12. Recte Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Rupertus hæc explicat, audisse quidem Iudeos aliquando Dei vocem; sed quemadmodum figura illa, quam videbant, qui Deum videre dicebantur, vera Dei figura non erat; ita illam, quam audiebant, veram Dei non fuisse vocem, sed vocem Dei dicam esse, quæ ex ætate, aliaue re aliqua corporea à Deo formabatur. Deum enim, sicut os, & linguam naturalia vocis instrumenta non habet, ita naturalem vocem non habet. Maior questio quorūsum hæc dicta sunt? Omnes tere interpretes Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius existimant propterea hoc Christum dixisse, quia sciebat gloriam solere Iudeos, quod Deum sibi loquentem audissent, quod Deus

Testimonium perhibet de me. Chrysostomus, & Rupertus de testimonio illo Patris, quod voce de celo de lapsu exhibitum fuerat interpretantur. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, *ip[s]um audire*, Matth. 3. 17. Sed hoc non convenit iis, quæ statim sequuntur, neque vocem eius vnuquam audisse. Nam illam quidem vocem omnes, qui aderant, audierant; & paulo post docemus non posse hoc de illo intelligi testimonium. Minus etiam de voce illa Patris in transfiguratione edita, Matth. 17. 5, de qua alii hoc intelligunt. Cyrillus, Theophylactus, Beda, & Euthymius de lege, & Prophetis interpretantur, in quibus Pater loquens sepe se missum testimonio stabatur filium. Confirmat hanc explicationem quod sequitur v. 39. *Scrutimini scripturas, quia vos putatis in ip[s]is vitam æternam habere, & illa sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Probabile hoc est, sed videtur Christus opera ipsa, quæ faciebat, testimonium Patris appellare, quia auctore faciebat Patre, & quod ipse faciebat, Pater faciebat, & operibus ipsis declararet Christum filium esse suum. Hoc enim est, quod aliis locis dicit filium suum clarificare, id est, factis miraculis adeo clarum reddere, ut facile appareat filium esse Dei, capite 12. 23. 29. & 13. 31. & 17. 1. 4. 5. Quod ergo postea dicit, *Scrutimini scripturas, diuersum est testimonium.*

Neque vocem eius vnuquam audisse, neque speciem eius vidisse. Primo loco videndum, quomodo hæc tam generalis sententia intelligatur. Ac de specie quidem, & figura Dei, quam nunquam ab illis visam dicit, haud difficilis est questio. Nam et si multi vidisse dicuntur Deum, nemo tamen illam in eo veram corporis imaginem vidit, cum expertis omnino sit corporis, vt ca. 1. 18. disserimus. Non vidisse, inquit, aliquam similitudinem in die, quia locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis Deut. 4. 15. De voce dubitatur, quia sepe alibi Iudei vocem Dei dicuntur audisse Deut. 4. 12. Recte Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Rupertus hæc explicat, audisse quidem Iudeos aliquando Dei vocem; sed quemadmodum figura illa, quam videbant, qui Deum videre dicebantur, vera Dei figura non erat; ita illam, quam audiebant, veram Dei non fuisse vocem, sed vocem Dei dicam esse, quæ ex ætate, aliaue re aliqua corporea à Deo formabatur. Deum enim, sicut os, & linguam naturalia vocis instrumenta non habet, ita naturalem vocem non habet. Maior questio quorūsum hæc dicta sunt? Omnes tere interpretes Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius existimant propterea hoc Christum dixisse, quia sciebat gloriam solere Iudeos, quod Deum sibi loquentem audissent, quod Deus

cum Moyse locutus esset, quemadmodum alio loco dicitur; *Nos scimus, quia Moyses locutus est Deum, hunc autem nescimus unde sit* cap. 9. 29. Docet ergo eos nunquam veram Dei vocem auduisse, nunquam veram eius speciem perpexisse, ideoque non debere ea credere, sed sibi credere. Rupertus alio exponit sensu, ille, cuius nec vocem audisset vnuquam, nec speciem vidisset, id est verus ille Deus, quæ nec videri oculis corporis, nec audiri auribus potest, testimonium mihi perhibet; itaque testimonium habeo maius quam Ioannis. Quidam putat hæc phrasin nec vocem, nec speciem significari, sed hunc tantum esse sensum, eos familiares non esse Deo. Solere enim familiaritatem visui, & auditui contrahi; ideoque eos duos potissimum sensus, & quæ illis respondent obiecta, speciem, & vocem nominasse. Simulam huius meliorem interpretationem inueniunt, primam eligentes. Videant tamen qui me doctores sunt, an non hæc sit probabilior. Ut quoniam Christus modo dixerat Patrem sibi non verbis, sed operibus ipsis, atque miraculis testimonium perhibere, quia poterant illi enutriendi genus testimonii veluti mortuum, & mutum esse, vel se expressum Dei ore audire testimonium, dicat expectandum illis aliud testimonium non esse, quod ipsis visus, atque auditus Pater afferat; Patrem enim neque audire, neque videri posse; opera eius esse colorem, eius voces, quibus videtur, quibus audiatur. Celsus inquit, *quæ mirabilia operibus Dei, & opera manuum eius annuntiant firmamentum.* Credant igitur operibus. Certe hæc interpretatio, cum illa superiore connenit, quo paulo ante docuimus miracula, quæ Christus faciebat, Patris testimonium, appellari.

38. *Et verbum eius non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, hunc vos non creditis.* Sermonem, aut *verbum* Chrysostomus, Theophylactus, & Euthymius scripturas sacras interpretantur, & *in vobis* verbum, aut sermonem *in vobis* *non creditis*, à voce ita distinguunt, ut vox fit, quæ à Deo ipso proprio ore pronuntiatur, quæ quia pronuntiari non potest, audit etiam non potest; *verbum* autem, aut sermo, quidquid à Deo per Prophetas dictum est, qualis omnis est scriptura sacra. Ergo sensum esse non solum vocem Dei, quod fieri non poterat, eos non auduisse, sed ne verbum quidem eius, quod in scripturis sepe legerant, sepe audierant, in animis suis insculptum retinere. Hoc est, in vobis manens. Enimvero si verbum Dei, quod in sacris legebat litteris retinuisse, credidissent in Christum; illic cum viderent, illic audirent, omnia enim Christum sonare, quæ à Moyse cæterisque Prophetis scripta sunt. Probabilis sensus. Nec multum ab eo Rupertus abest; abest tamen aliquantulum, vocem quidem Dei non auduisse, verbum tamen auduisse, ita tamen auduisse, ut in auribus, & in ore illud haberent, in intimis animis alte fixum non haberet; hoc esse, Non habetis in vobis manens. Aliud hoc sensu videntur exponere, non solum eius vocem non audisse, & eius speciem non vidisse, sed ne idonei quidem essent, ut cum verbum Dei audirent, alte illud in prelo retineant, quod ex eo constet, quod in me non creditis, cum tot, tamque aperta miracula videatis. Itaque coniunctio illa, *Quia, non tam causam, quam effectum, & signum declarat*; quem eius usum alibi quoque observamus.

39. *Scrutimini scripturas, quia vos putatis in illis vitam æternam habere, & illa sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Quia dixerat v. 37. *Qui misit me Pater, ip[s]e testimonium perhibet de me*, poterant Iudei dicere, inquit, Leontius, ubi Pater id de ipso testimonium præbuit; docet Patrem de se in scripturis loqui. Alii aliud hoc testimonium esse putant. Quatuor enim testi-

Car ad scri-
pserat me.
sat Iudeis
Christum.

monis usum hic fuisse Christum, Ioannis, & tribus aliis maioribus quam Ioannis, operum, quæ faciebat, Patris, & scripturarum. Augustinus autem, & Beda propterea ad scripturas nunc eos mittere, quia illi propterea ipsi non credebant, sed potius repugnabant, quia existimabant Moysi, & scripturis eum aduersari, quasi dicat, si attente scripturas legatis, & consideretis, reperietis non solum me illis non aduersari; sed etiam illas mihi testimonium perhibere me eum esse, quem illæ venturum mundi redemptorem prædicabant. Perstringit oblique eorum ignorantiam, & cæcitatem, qui cum se in scripturis, valde veras esse putarent, Christum in illis non viderent. Quemadmodum si homini, cui Cicero, ut ipse quidam loquuntur, Deus sit, eiusque lectione magnopere gloriatur, Ciceronianum aliquod vocabuli ignorantiam dicas, lege tuum Ciceronem: quem tu Deum tuum facis Similis reprehensio Matth. 12. 3. *Non legis, quid fecerit David, quando furuit, & qui cum eo erant?* & Matth. 19. 4. *Non legis, quia, qui fecit hominem ab initio, masculinum, & feminam seculi 1. cor. 2. 16. Nunquam legis, quia ex ore infantium, & lactentium perscissi laudem?* & c. 22. 31. 32. *De re iurisdictione autem mortuorum non legis, quod dicitur est à Deo dicente vobis, ex sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob?* Existimant Cyrillus verbum *Scrutimini* non imperandi, sed indicandi modi esse, quod statim sequatur, *Quia vos putatis in illis vitam æternam habere*, quæ verba non videntur posse bene cum imperandi verbo coherere. Melius Chrysostomus, Theophylactus, & omnes opinor, præter Cyrillum auctores graves imperantis modo dictum putant. In eo enim & vis testimonii & orationis gratia consistit, quod eos Christus ad suas ipsorum scripturas mittat, in quibus omnem illi gloriam suam collocabant. Qui si dicat, quandoquidem tantum scripturis tribuit, ut in illis vitam vos æternam habere existimetis, scrutamini eas, quæ omnia bene coherant. Aptè adnotant Chrysostomus, & Euthymius non dixisse legite, sed *scrutimini*. Nam legebat illi quidem, sed non scrutabantur, non excutebant, non enucleabant. Quod autem *Scrutimini* in ip[s]is vitam æternam habere, non intelligit eos in scripturis ipsi vitam æternam posuisse, sed sine scripturis neminem vitam æternam habere posse, quia sine Dei cognitione nemo saluus esse potest, & Deo cognitio non sine scripturis parari potest. Sic plebique videntur interpretari; quamquam mihi quidem alius videtur subesse sensus. Apparet enim Christum reprehendendo hoc dicere. Atqui non reprehendit, quod eo modo in scripturis vitam æternam posuissent; alio igitur sensu reprehendit. Hoc, ut arbitror, quod Iudei ita in illis veteribus scripturis inhaerent, ut nihil, quod in illis esset, abrogandum putarent, & se illarum ceremoniarum observatione vitam æternam existimant consecuturos, quod ex tota epistola D. Pauli ad Romanos, & ad Galatas intelligitur. Hanc vim habet pronomen illud *vos*, tanquam dicat; Vos quidem ita sentitis, ego, & qui vera sentient, non ita sentimus. Et verbum illud *Scrutimini*, quasi dicat, vos quidem putatis in ip[s]is vitam æternam habituros, sed re ipsa non habebitis; quemadmodum recte Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius adnotant, verbum præsens habere, pro futuro positum est, habituros esse. Sic cum hæreticis agendum, ut Chrysostomus monet. Nam hæretici quædam modum Iudei scripturis valde gloriantur; sed extra Ecclesiam lætant illi quidem, memoriter recitant, cantillant, sed non scrutantur; & quia Spiritus sancti, & Ecclesiæ clauem non habent in veros eius sensus ingredi non possunt. Signatus est enim illi liber. Refellit Irenæus ex hoc loco

Phil. 3.

Quomodo
Iudei vitam
æternam in
scripturis
posuerunt.

Iud. 19. 11.

Valentinianus, quia alium veteris, alium noui testamenti faciebant Deum, qui Pater esset Christi, l. 4. c. 23. cum dicit; *Et illa testimonium perhibent de me*, non reddunt particula, & ut putat Euthymius; sed ponitur pro etenim ex Hebræorum idiomate.

40. *Et non vultis venire ad me, ut vitam habeatis.* Sensus est, cum existimetis in scripturis vitam æternam sitam esse, nescitis quæ in parte sita sit. Paratis enim in litteræ esse, id est in ceremoniis, & figuris. Atqui non est in littera, sed in spiritu, in sensu, in mysterio, *Littera enim occidit, spiritus autem vivificat*. Spiritus autem, & sensus scripturarum, ego ipse sum. Nec enim alio illæ omnes figuræ, omnesque scripturæ pertinebant, quam ut me venturum demonstrarent, & ad me homines mitterent, si salui esse vellent. Ego igitur sum vita illa vera, & æterna, quam scripturæ commonstrant; & tamen non vultis ad me venire, ut illam habeatis, in figuris quasi in falsa vitæ imagine hærentes. Probat ex hoc loco Theophylactus aduersus Manichæos liberum arbitrium.

41. *Claritatem ab hominibus non accipio.* Existimant Chrysostomus, Leontius, Cyrillus, Theophylactus, & Euthymius propterea hoc Christum addidisse, quia, cum tot ad probandum auctoritatem suam testimonii vult esset, suspicari Iudei poterant id eum fecisse aliqua cupiditate gloriæ; eam nunc opinionem remouere, non enim ut sibi gloriam apud homines colligat, sed ut ipsos ad Dei caritatem adducat, quæ eos carere faciat, id est faciat. Quemadmodum vers. 34. *Ego ab hominibus testimonium non accipio, sed hæc dico, ut vos salui sitis*. Pater etiam repetitio esse, atque conclusio per epiphonemam illius contentæ v. 36. *Ego autem habeo testimonium maius Ioannis*. Id enim cum hæc dicit, & factum operum, & Patris, & scripturarum testimonio probauisset, concludit veluti dicens; itaque verum est quod dixi me testimonium habere maius Ioanne, non enim ab hominibus claritatem, id est, gloriā accipio; hoc est non indigeo hominum testimonio, ut mihi gloriam comparem, cum tanto maiora habeam.

42. *Sed cognoui vos, quia dilectionem Dei non habetis in vobis.* Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, & Euthymius hoc sensu expont. Vos videri vultis propterea mihi repugnare, qui Deum diligitis, & eius gloriæ studiosi estis; atqui ego scio vos Deum non diligere. Si enim diligeretis eum, reciperetis me, quem ille misit. Sicut dicit cap. 8. 42. *Si Deus pater vester esset, diligeretis vniquemque me; ego enim ex Deo processer, & per Deum veni in mundum*. Cyillus vero, ego claritatem ab hominibus non accipio, sed propterea hæc adduxi testimonia ut ostenderem vos caritatem Dei non habere. Quod minus probabile, quam primum est. Potest & hic esse sensus; Ego quidem me Seruatorem esse mundi non humanis, quibus haudquaquam indigeo, sed diuinis probauit testimonio; scio tamen apud vos ne diuinā quidem testimonia valitura, quia dilectionem Dei non habetis; quam si haberetis, plus eius tribueretis testimonio.

43. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me, si alius venerit in nomine suo, illum accipietis.* Docet in quam absurdos errores labantur ij, qui caritatem, & Spiritum Dei in se non habent, quippe obstinato contra veritatem animo resistent. Quod caritatem veritatem non receperunt, ut falsi fuerint. Ideo mittit illa Deus operationem erroris, ut credant mendacio, 2. Thessal. 2. 10. 11. Dicit qui in nomine Patris sui, id est, Patre suo missus venisset, non recepisse. Si quis alius nomine suo, id est, privata auctoritate sua nec à Deo missus venerit, fore ut ipsum recipiant. Omnes veteres auctores putant Antichristum notari, quem

vsque ad istum
apud I.
renauit.
Es pro ete
nam Hebrai
rum idio
mate.

2 ad Cor. 6.

Christum et
ta, quam
scriptura
common
strant.